



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. III. Solvuntur objectio ex autoritate D. Thomæ desumpta,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

... ad illuminandum: Sed egressio quam...
... importat divina Personæ missio,
... esse moralis; utpotè quæ abstrahi non
... potest ab imperfectione, vel in persona missa,
... vel in persona mittente, ut constat: Ergo debet
... esse physica, consistens in origine naturali.

Probatur tertio: Si missio non supponeret
... originem seu exitum mittente, prout conno-
... tum effectum in creatura productum, aut produ-
... centum, sed tantum pro ipsa productione effe-
... ctum non esset ratio, cum Pater non deiceretur mit-
... tere, cum producat effectum temporalem quem
... connotat missio aliarum personarum, scilicet
... gratiam: opera enim ad extra indivisa sunt, &
... Trinitati communia, ut communiter docent
... Theologi, & D. Augustinus egregio exemplo de
... Cytharum, inquit, respice; ut musicum melos
... dulcissimi reddat, tria pariter adesse videntur, ars,
... & chorda, & tamen unus sonus auditur. Ars
... manu tangit, chorda resonat; nec ars, nec
... sonum reddunt. Tria operantur, sed sola chor-
... da: cum corda autem pariter ars & manus
... operantur. Sic non Pater, nec Spiritus Sanctus susce-
... pit carnem, & tamen cum Filio pariter operan-
... tur.

§. III.

Solvitur obiectio ex autoritate D. Thomæ
descripta.

Contra hanc conclusionem proponi potest ar-
... gumentum ex autoritate Divi Thomæ de-
... scriptum. Nam S. Doctor in 1. dist. 1. §. quart. 1.
... 2. referens opinionem, quæ dicebat missio-
... nem in Divinis consistere, non in aliquo relati-
... vo, sed in aliquo essentiali, subdit: Et hoc mihi ve-
... rum videtur, considerat à virtute vocabuli: missio e-
... st, secundum rationem sui nominis, non dicitur exi-
... tum à quo fit: à principio, à quo missio esse habeat;
... sed solum in ordine ad effectum missionis ponitur au-
... thoritas: aliter ad missum. Et ibidem ad Annibal-
... tum quæst. unica art. 2. Alij, inquit dicunt, quod
... missio significat principaliter quod essentialis est, & hoc
... verum est: Atqui effectus de novo produ-
... ctus in creatura, est id quod in missione est essen-
... tiale, utpote à tota Trinitate; non verò origo,
... quæ est quid personale: Ergo in doctrina D.
... Thomæ, vel missio personæ divinæ consistit solum
... in novo effectu, seu in novo modo essendi
... in creatura ad quam terminatur, juxta primum
... modum; vel saltem, juxta secundum, princi-
... paliter consistit in illo effectu; subindeque non
... de connotato solum ipsum importat.

Pro solutione hujus objectionis, nota missio-
... nem personæ divinæ duobus modis posse consi-
... derari, primo secundum denominationem præ-
... cisam quam habet ex termino ad quem, secundò
... quoad entitatem suam. Si primo modo conside-
... retur, ut eam consideravit Divus Thomas locis
... objectionis citatis, verum est quod non consi-
... deratur, saltem principaliter, in aliquo notionaliz
... quæle est origo live processio æterna personæ
... divinæ; sed in aliquo essentiali, quod est effectus
... de novo productus in creatura, utpote cum ab
... ipsa origine æterna, defumatur missionis deno-
... minatio. Cum hoc tamen fiat, quod si loquamur
... de eadem missione non quoad denominatio-

A nem præcisè, sed quoad entitatem denomina-
... tam, ipsa magis principaliter importet ori-
... ginem, & solum de connotato novum & spe-
... cialem effectum ad quem terminatur in crea-
... tura.

§. IV.

Corollaria notari digna.

EX dictis colliges primò, missionem divina-
... rum personarum sic posse definiti, aut de-
... scribi: Missio est processio originis à mittente, cum
... novo modo existendi in alio.

B Colliges secundò, non posse unam personam
... seipsam mittere, licet possit seipsam dare: quia
... sicut nulla persona procedit à se, ita nec mittit-
... tur à se.

C Colliges tertio, Patrem æternum à nullo mi-
... ti, et si seipsum det, aut veniat cum aliis perso-
... nis, ad inhabitandum in anima per gratiam san-
... ctificata. Pater etiam hoc corollarium: quia
... persona Patris à nullo procedit, cum sit innas-
... cibilis, & totius divinitatis fontale principium.
... Addo quod, sicut omne mobile, reduci debet ad
... aliquod primum movens immobile ne fiat pro-
... cessus in infinitum, sic & omne missum ad ali-
... quod mittens non missibile, ut egregie obser-
... vat Divus Thomas primo ad Annibaldum
... ubi supra art. 3. Ergo cum in Divinis Filius
... mittat Spiritum Sanctum, & ipse à Patre mittat-
... tur, Pater à nullo mitti potest. Unde Augusti-
... nus libro contra Sermonem Arrianorum cap. 4.
... Solus Pater non legitur missus: quoniam solus non ha-
... bet auctorem à quo sit genitus, vel à quo procedat.

D Colliges quarto, Filium à Patre mitti, quia
... ab illo exit per æternam generationem: unde
... Christus Joan 8. Ego ex Deo processi, & veni in
... mundum. Quæ verba expendens Cyrillus ait:
... Filius mittitur à Patre, ut verbum à mente, splendor
... à Sole. Item Spiritus Sanctus à Patre & filio mit-
... titur, quia ab utroque procedit, ut supra contra
... Græcos Schismaticos ostensum est. An verò Fi-
... lius à Spiritu Sancto mittatur, difficultas est,
... propter celebre Isaiæ testimonium, in quo Di-
... vina Sapientia cap. 48. dicit: Misit me Dominus
... Deus, & spiritus ejus. Quem locum licet plures
... referant ad humanam Christi naturam, secun-
... dum quam missus est à Spiritu Sancto ad prædi-
... candum; Augustinus tamen lib. 2. de Trinitate
... cap. 7. illum intelligit de ipsa persona Verbi
... Divini, quam docet fuisse à Spiritu Sancto mis-
... sam, ut homo fieret; seu ut humanam carnem
... indueret. Verum hæc intelligenda & explicanda
... sunt de missione verbi in adæquatè sumpta, ra-
... tione scilicet effectus ab ea connotati; ille enim
... non solum à Patre, sed etiam à Spiritu Sancto
... procedit; unde ratione illius Filius potest dici
... aliquo modo à Spiritu Sancto missus, ut colligi-
... tur ex Divo Thoma hic art. 8. ubi ait: Si igitur
... mittens designetur ut principium personæ quæ mitti-
... tur, sic non qualibet persona mittit, sed solum illa cui
... convenit esse principium illius personæ; & sic Filius
... mittitur tantum à Patre, Spiritus autem Sanctus à
... Patre & Filio. Si verò persona mittens intelligatur
... esse principium effectus, secundum quem attenditur
... missio, sic tota Trinitas mittit personam missam.

E Colliges ultimò, missionem Filij, & missio-
... nem Spiritus Sancti, ex parte effectuum quos
... connotant, in hoc potissimum differre, quod
... missio Verbi, cujus processio per intellectum est,

atten-